

31. Aufruf zur Spendensammlung für den Wiederaufbau der Kapelle Fällanden

1455 Oktober 10. Zürich

Regest: Der Propst Matthäus Nithart und das Kapitel des Grossmünsterstifts in Zürich empfehlen allen Lesern des vorliegenden Schreibens, Almosen zu spenden für den Wiederaufbau der Kapelle in Fällanden. Die Kapelle, die innerhalb der Grenzen der Propstei liege und der Jungfrau Maria sowie den heiligen Märtyfern Johannes dem Täufer und Urban geweiht sei, war in den vergangenen Kriegen beschädigt worden. Weil der Wiederaufbau die Dorfbewohner und ihre Nachbarn finanziell überlaste, werden Heinrich Heuberger und Heinrich Hofmeier in die Kirchen gesandt, um Spenden zu sammeln. Es wird daran erinnert, dass sämtliche Spenden zugunsten der Kapelle mit einem 40-tägigen Ablass belohnt werden, den sechs Bischöfe für die Kapelle ausgestellt haben. Die Aussteller siegeln mit dem Sekretsiegel.

5

10

Kommentar: Wie andere Kirchen der Region war auch die Kapelle in Fällanden durch die Plünderungs-
züge der Eidgenossen während des Alten Zürichkriegs arg in Mitleidenschaft gezogen worden. Grössere
Bauarbeiten an der Kapelle sind allerdings erst für 1488 belegt (Leonhard 2002, S. 63-67). Im Anschluss
an diese Renovation wurde die Kapelle 1492 zur Pfarrkirche erhoben, und die Bewohner von Fällanden
erhielten das Recht, ihren Priester selber zu wählen (SSRQ ZH NF II/3, Nr. 42).

15

Universis et singulis ecclesiarum prelatis, rectoribus, plebanis, viceplabanis
necnon locatenentibus eorundem ceterisque personis ecclesiasticis et secula-
ribus ubilibet constitutis, ad quos presentes pervenerint, Matheus Nithart, de-
cretorum doctor, prepositus totusque capitulum ecclesie sanctorum Felicis et
Regule prepositure Thuricensis, Constanciensis diocesis, quidquid poterimus
grate complacencie et honoris cum noticia subscriptorum indubitate.

20

Gratum deo reddimus pariter et acceptum impendere famulatum, cum christi-
fideles ad caritatis et pietatis opera incitamus, per que salus anime felici com-
mercio procuratur.

25

Cum itaque cappella in villagio Fällanden, infra dicte ecclesie nostre limites
sita, ob honorem et laudem gloriosissime virginis Marie beatorumque Johannis
Baptiste et Urbani martirum consecrata et pridem in litibus et gwerris in istis
partibus duranter egenata et in suis edificiis deteriorata, pronunc in suis struc-
turis et ornamenti necnon aliis pro sustentacione sacerdotis ibidem residentis
et divina in eadem celebrantis per villanos et circumvicinos ibidem non sine
magnorum sumptuum et expensarum pretericione reformata sit et, deo dante,
permelius restaurabitur in futurum, quorum quidem sumptuum^a pariter et ex-
pensarum pronunc habitorum et habendorum occasione dicti villani et circum-
vicini debitorum honeribus pregravati sunt multorum. Et quia eidem cappelle,
prout vere scimus, ad huiusmodi debita solvenda proprie non suppetunt rerum
facultates, quocirca vestras caritates pie deprecamur salubri cum in domino ex-
hortacione nostrique servicii ob respectum vobis precibus, quibus valemus, in-
sistimus seriosis, quatenus honestos et discretos viros, Heinricum Höberger et
Heinricum Hofmeyer, certos presentium exhibtores, ad petendum, levandum
et ad dicte cappelle necessitatem puram elemosinam colligendum deputatos,

30

35

40

cum ad vos venerint, huiusmodi christifidelium elemosinas et alia subsidia caritativa petituri, in ecclesiis vestris et extra promoveatis atque recomendatis^b habeatis diligencia maiori qua possitis, ut hec et alia bona, que inspirante domino feceritis, in die calamitatis et miserie, cum in districto examine pietatis opera de singulorum manibus requiruntur, vobis in absolucionem veniant et convertantur peccatorum, advertentes, quod quicumque christifidelis contritus et confessus ad dictam cappellam suas elemosinas fuerit elargitus, etiam quotienscumque hoc fecerit, a sex episcopis et eorum quolibet quadraginta dies indulgenciarum de iniunctis eis penitenciis in domino misericorditer relaxentur,¹ vos etiam omnes et singulos in ea parte auxiliantes oracionum, ieiuniorum, vigiliarum, missarum, et aliorum pyorum^c operum in eadem cappella peragendorum, quantum cum deo possumus, fore participes affectamus.

Datum Thuregi, anno domini millesimo quadrageentesimo quinquagesimo quinto, mensis octobris die decima, indictione terci, sub sigillo nostro secreto presentibus appenso in testimonium evidens premissorum.

[Kanzleivermerk auf der Plica:] Johannes Kaltschmid notarius scripsit.

[Vermerk auf der Rückseite von Hand des 16. Jh.:] Indulgentia

Original: ERKGA Fällanden I A 4; Johannes Kaltschmid, Notar (Schuler 1976, Nr. 345); Pergament, 34.5 × 27.0 cm (Plica: 6.0 cm); 1 Siegel: Propst Matthäus Nithart, Wachs, angehängt an Pergamentstreifen, fehlt.

Regest: URStAZH, Bd. 7, Nr. 10105; REC, Bd. 4, Nr. 11923.

^a Korrigiert aus: suptuum.

^b Beschädigung durch Falt, unsichere Lesung.

^c Beschädigung durch Falt, unsichere Lesung.

¹ Gemeint ist der älteste Ablassbrief der Kapelle Fällanden aus dem Jahr 1325 (SSRQ ZH NF II/3, Nr. 2).